Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et conculcauit eum plus & mortuus
Heliseus autem VIII Et
locutus est ad mulierem cui
filium uiuere fecerat dicens
surge & uade tu & domus tua & peregri
nare ubicumque repereris. uocabit enim
dominus famem & uenet super terram
septem annos. que surrexit & fecit uer
bum hominis dei & uadens cum domo
sua peregrinata est in terra philistino
rum diebus multis. Cumque finiti essent
septem annos reuersa est mulier
de terra philistinorum & egressa est ut ex
pellaret regem pro domo sua & agris
suis. Rex autem loquebatur cum giezi
puero uiri dei dicens. narra mihi omnia
magnalia que fecit heliseus. cumque ille
narrasset regi quomodo suscitasset mor
tuum apparuit mulier cuius filium
uiuificauerat clamans ad regem pro do
mo sua & pro agris suis. Dixit giezi
domine mi rex hec est mater & hic
est filius eius quem suscitauit heliseus
et interrogauit rex mulierem que nar
rauit ei uera esse dedit que ei rex eunu
chum unum dicens restitue ei omnia
que sua sunt & universos redditus ag
rorum a die qua reliquit terram usque ad
presens. Venit ergo heliseus damas
cum & benadab rex syrie egrotabat
nuntiauitque ei dicentes. Venit uir
dei huc & ait rex ad azael. tolle tecum
munera & uade obuiam uiro dei
et consule dominum per eum dicens. si euas
dere potero de infirmitate mea hac.
Iuit igitur azahel obuiam eius
habens secum munera et omnia bona
damasci honera quadraginta camelo
rum. Cumque stetisset coram eo ait
filius tuus benadab rex syrie misit
me ad te dicens. Si sanari potero de
infirmitate mea hac. dixit que heliseus
uade dic ei sanabis. porro ostendit mihi
dominus quia morte morietur. stetit
que cum eo & conturbatus est usque ad suf
fusionem multus. fleuit que uir dei. cui
azahel ait. quare dominus meus flet
at ille respondit. quia scio que facturus
sis filis israel mala. Munitates eorum
incendes igne iuuenes eo
rum interficies gladio & paruulos eorum
elides & pregnantes diuides. Dixit que aza
hel. quid enim sum seruus tuus canis
ut faciam rem hanc magnam. & ait
heliseus ostendit mihi dominus te rege
syrie fore. qui cum recessisset abheliseo
uenit ad dominum suum. qui ait ei. quid
ubi dixit heliseus. At ille respondit
dixit mihi recipies sanitatem. Cumque
uenisset dies altera tulit stragulum
et effudit aquam & expandit super faciem
eius. quo mortuo regnauit azahel
pro eo. anno quinto regnauit ioram
filius achab ~~pro eo~~ regis israel. regnauit
ioram filius iosaphat rex iuda. xxx.
duorum annorum erat cum regnare
cepisset & viii. annis regnauit in hie
rusalem. ambulauit que in uiis regum israel sic
ambulauerat domus achab. filia enim
achab erat uxor eius & fecit que malum
est coram domino. Noluit autem dis
perdere iudam propter dauid seruum suum
sicut promiserat ut daret lucernam
ei in israel & filios eius cunctis diebus.
diebus eius recessit edom ne esset sub
iuda & constituit sibi regem. Venit que
ioram semma & omnis currus cum eo &
surrexit nocte percussit que edomeos qui
eum circumdederant & principes curru
um. plus autem fugit in tabernacula sua